

Hinc sequimur vitæ munera disparia.

Ergo prædolis tu, qui potes, utere avinis,  
Pinguis & siculis pascere pecus gregibus.

Mi, quia nulla soli natalis cura relieta est,  
Cura sit externi, sidereique soli.

*Gabr. Altilii ad Albium Synccerum, & M. Ant.  
fratres, epistola consolatoria.*

Unanimi fratres, rapta qui matre doleat,  
Et desiderio stetit uterque pio:

Desinit ah lacrymis tam sanctos lacerare Manes:  
Vos vetat Elysiis illa recepta choris.

Illic optatis longum complexibus hærens,  
Intundo fruatur conjugis ore sui;

Felicetque animas inser, cætusque verendos,  
Narrat hætorum de pietate parens.

Scilicet his ut spem viduæ solata juventæ,  
Deserti tulerit frigida regna torit:

Addet & obsequia, & dulces cum pondere mores,  
Iam tum, cum patrias ferret uterque vices.

Com simul & Nymphas, Satyrorum & cantat amores,  
Estque in Syncceri carneine tota sui.

Quod subitò cantu, turba excipiente deorum,  
Hinc illinc variis plausibus arva sonant:

Massiliam chorus omnis, & ætheris convalles,  
Massiliam totis reddit & aura locis.

Illæ autem æternos charo cum conjuge gressus  
Æquat, & Elysiis sic terit alta nemus.

Quo jam pro lacrymis Panchæos uris odorati  
Orphææque move tu fides alteropus:

Non quibus infernas ille exoraverit umbras,  
Flebilibus supplex ausus adire modis:

Sed quibus & divum laudes, ipsosque canendo  
Hæros cælo, sideribusque locat.

Hæc matris jubet inferias, hæc funera mater:  
Ipsa sibi hæc lacrymas, hæc sibi busta rogat.

*Hieronymus Caris Albio Synccero.*

Cum tibi cælesti faveat de virgine Natus,  
Mystica cui vatum sacra canenda dedit:

Cumque ingens nova Musa decus, laudèque paratæ  
Incessans capiti Delphica ferta tuo: